

vel Medici, alicujus ut malevoli ac calumniatores voluere, interierit; sed hæc fundi nostri calamitas est, quod Docti ab indoctis despiciantur, ac Medicorum culpa ægri sæpissime mori dicantur, qui suo fato, vel incuria, vel morborum gravitate pereunt, unde cavillationes has & calumnias contempnunt Sapientes; Suffecerit mihi Casum hunc morbi difficillimi, à Professore communicatum, pro viribus elaborasse; agnosco facile hoc accuratius & doctius fieri potuisse, sed mihi juniore Medico, dum brevis esse studui, si forte erravero, aut non satis erudite rem pertractavero, aliquid condonandum censeo, quod & Benevolos Lectores facturos confido, sicque Dissertationem hanc, atque casus hujus resolutionem,

F I N I O.

COROLLARIA ET ANNEXA.

1. **S**ine notitia fabricæ corporis humani nemo Medicus rationalis dici potest.
2. Anatomie Artis Medicæ & fundamentum est & decus.
3. Inspectionem urine Medico Practico necessariam esse, imo & aliquando signa prognostica ex ea dijudicari posse, defendemus.
4. Lienem non solum non inutile viscus, sed quoque ad vitam sanam continuandam summopere necessarium esse statuo.
5. Somnus per se post venesectionem non malus.
6. Venesectionem & in puerperis & in senibus administrari posse assero.
7. Venesectio prima non semper liberat à magno morbo, vel morte, ut vulgus credit.

8. Repetitio

8. *Repetitio purgantis, primo non operante, mala.*
9. *Laxantia in febribus exanthematicis, variolis &c. non semper reformidanda esse credo.*
10. *Rad. Valerian. Sylv. visum acucere, imo & cacitatem imminentem curare, propria observatione asserere possum.*
11. *Gummi gutta cum prudentia datum, ut saepe in ascite, sic & in pectoris hydrope est summum remedium.*
12. *Falsum est asserere, ex mille hydrope pectoris laborantibus vix unum curari.*
13. *Manna in Hydrope pectoris nimis iners & debile est remedium.*
14. *Ut & potiuncula ex senna, rhabarbaro, similibusque, cum ad durum nodum durus requiratur cuneus.*
15. *Cum non omnibus hydrope pectoris laborantibus conveniant purgantia, post ea maxime efficacia sunt diuretica.*
16. *Theriacam, ex calidis & opio constantem, in febribus petechialibus, variolis, ac plerisque exanthematicis, damnosam esse credimus, cum GUALTERO HARRIS.*
17. *Vomitiva fortiora in pleuritide inflammatoriâ dubia & minus tuta esse statuimus.*
18. *Ast emetica lenia in initio variolarum ac febrium petechialium non adeo reformidamus.*
19. *Potest per emetica talia, laxantia, antiphlogistica, antimoniata & mercurialia fixiora obtineri, ut vel nulla, vel pauciores, minusque maligna, erumpant variola.*
20. *Spiritus Vitrioli licet in malignissimis variolis à SYDENHAMIO laudetur, summa cum circumspectione, ac dosi refracta in iis tantum concedendus est.*
21. *Cortex Peruvianus aliquando hectica invalescentis potest esse summum remedium.*

F I N I S.

Laus

Aus & honor merito nunquam
 Bernero debet, debet quod
 Praebes quoties videntur ei
 Boetius celebris, Boetius
 Noctius, Extimolus, M...
 Ultimus haud estis S...
 Schröder, & Hermannus,
 Quos omnes curru tuorum
 Inferit & caelo properat
 Elio tamen certus, non
 Hippocratemque Duce
 Tu novus accedes inve
 Et licet haud fueris V...
 Sic tamen & maneat p...
 Tentatorque Sages,
 Regula nempe veteris
 Quam pater inculta
 Adspicit divina tuis
 Nestoremque sinat

A Sibus hodie dum
 Ut doctos inter pe
 Qui crudeles depellent
 Picti hoc scripta prob
 Et simul egrotis medi
 he Machaonia, quan
 Esuriam merito cing
 Salerni Doctor, N
 Ut in vobis operatur
 Inde Deo det non
 Quod tua vobis reat